

ANTIDOTVM

# AD POSTV- LATA DE [INTERIM:]

authore Reuerendo in Christo patre

D. Roberto, diuina clementia

Episcopo Abrincatensi,

Theologo docto-

re, ordine &

origine Pa-

rifiensi.

*Quod ante oculos situm est, non satis est intueri.*

*Rerum exitus prudentia metitur.*

*Ex πόντος ὁ Βίος.*



*Gla*

LVGDVNI,  
Apud Mathiam Bonhomme

1548

CVM PRIVILEGIO.

*Coll. Soc. I. R. V. T. Alm. ex dono Regis*



2

In reprimendis, aut potius  
supprimendis, Interimendis  
sibus postulatis (quæ de Interim  
uocant) adhibenda cautio:

PIO LECTORI ANTIDOTVM.



RECTE ET, VT  
cætera omnia, prouidè à  
Sapiente dictum legimus:  
Prudens videt & præcauet,  
stultus transilit & cõfident.

Nusquam autè quàm  
in rebus sacratoribus fœdior est lapsus, nusquam  
grauior ruina. Sunt & falsa remedia  
veris nonnunquam periculis atrociora: vt est  
in cap. De homine. de celebratione missarũ.

Quid enim facias, dum relicta à vulnere cicatrix,  
aut fœdus putet, aut lædit atrocius, quàm  
ab initio vulnus influctum? Idq; tum maxime,  
cùm decipimur specie recti, cuiq;

A ij

# EPITOMATA RESPON

SIONIS AD PROPOSITA

per [Interim] non tam per modum, quàm præter omnem religionis modum ( vt fertur ) oblata.

[Scriptum partim ad Interim, vt vocant, pertinens.]

Responsio.



RECEPTA DE  
calogi negatiua sem  
per & ad semp obli  
gant. Nullum ergo  
recipiunt [Interim]  
Cōcubitus igitur sa  
crilegus, spurcissi  
mus, & incestuosus  
disdigamus nō reci

pit [Interim.] Scriptum enim est: Quasi à facie colubri fuge peccatum. fuga certè eius, qui incautus obuium compressit calcibus anguem, lentam non capit vlla moram. Rectè ait Nasos  
Vidi ego, quòd quondam fuerat sanabile vulnus:

*Dilatatum, longæ damna tulisse moræ.*

A iiii